

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73

Cartier, Germanus

[S.l.], 1742

Cantici Cap. 7mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)

Veron. et
alij

Cornel.
à hap.

Sponsi ad adolescentulas, quae desiderant,
ut sponsa à vita contemplativam ad acti-
vam transeat, hoc est, ut curet salutem
carum; ad quas proinde Sponsus Sponsam
sequenti exornans exornio, ait: quid vi-
debitis in Sulamite nisi choros castrorum,
id est ~~virtutum~~ seu aciem virtutum be-
ne instructam. Tum subito sermonem
convertens ad Sponsam: quam pulchri sunt,
inquit, gressus tui in calcamentis filiae
principis. Quasi diceret: quam belle cal-
ceata ingrederis, o regis regum filia, quae ut
sicut interioribus affectibus omnes compositos habes,
ita exterioribus modestè, graviter, decore, et reli-
giöse incedis, loqueris, et operaris, ut omnes in
tui amorem et admirationem rapias. Praeterea
junctura femorum tuorum sicut monilia manu
excellents artificis fabricata, hoc est, castitas
et pudicitia tua ornant femora tua, sicut mo-
nilia pulcherrima et pretiosissima facta summi
artificis, Deo.

Meditatio 73.

7 at hostis deicitur,

Considera 1. quod ideo virtutes castra nuncu-
pentur, quia sicut bene ordinatà caere cas-
trorum acie egregie dimicatur. Sic etiam ani-
ma, quae instructa est acie virtutum fortiter
pugnat ac vitiorum daemonumq, insultus repel-
lit. Hinc si demon eam tentet per gulam
opponit ei temperantiam; si per odium vel
invidiam, obstitit ei per charitatem. Si eam
aggrediatur per teporem, obicit ei fervoris
devotionem; si per superbiam, humiliat vel-
de Spiritum suum: si per libidinem, resistit.

177
ei per castitatem, quam ut illibatam seruet,
refrenat sensus suos, et carnem suam cruci-
figit cum concupiscentiis suis. Ecce quam
fortis sit anima, qua progreditur choris vir-
tutum stipata. O quam mirabile, et iucun-
dum spectaculum, cernere eam intus adeo be-
ne compositam, in qua reaper ratio subditur Deo,
et rationi cetera potentia. Nihil casti tali
animam fortius, nihil ornatius, nihil suavius,
nihil gratius Deo et hominibus; nihilq; terri-
bilis Diabolo et Angelis ejus. Vide anima
mea, quam magnum, et quam excelsum sit,
tantis fulgere virtutibus; felix proinde ea
mens est, qua omnem impendit operam, ut
etiam hujusmodi virtutum chori in ipsa videri
possint, quatenus vitis, qua ipsam deforme
prius reddebant, amputatis, pulchra et aua-
bilis omnibus appareat ac de ea verè dici
queat: quid aliud videbitis in Sulamite
nostra, nisi bene instructam aciem virtutum,
quibus carnis illecebras, vanitates mundi, et
Sathanae callidissimas prastigias debellet ac
splendidam victoriam de iis triumphet, postea tem-
piterna gloria reportatura coronam.

Considera et quod Sponsus, dum gressus Sponsae
encomiis ornat, hoc ipso comendet ejus ceternam
modestiam, et gravitatem et pietatem, ~~que ex in-
terna affectionum compositione procedit.~~
que certe anima pia Summè cordi esse debet
tum quia hujusmodi modestia et gravitas ^{est}
index interna compositionis, eamq; conservati-
tum quia alios ad virtutem allicit, cum eam
homines internas virtutes intueri nequeant
externas conspiciunt, et ea eis ad illas imi-
tandas accenduntur, Vide etiam Sponsus ita
laudando Sponsam tacite monet adolescentu-

Cas, ut vestigiis Sponsae insistant, atq; gressus
suos ita componant, quatenus Similibus en-
comiis ab eo decorari mereantur. Paxina
mea an parum tibi videtur ab ipso Sponso
coelesti Domino Deo tuo laudibus extolli.
Certe si te laudarent homines, dicerentq; te
esse pulchram, sapientem, ac omni amore di-
gnam, quam grata haec elogia forent auri-
bus tuis. Vide iam, quam magna sit coc-
citas tua; nosti enim, quod minima laus,
quam Deus homini tribuit, longè superet om-
nia cunctorum mortalium encomia et tamen
ut ab eo laudamur merearis parum sollicita es!

7 consequi

Spero, quod à Deo laudari, sit ab ipso amari,
ac multis beneficiis beari; laus enim Dei
non est otiosa, quia dum te laudat Deus, om-
nibus bonis te cumulabit. Defle igitur tuam
dementiam, et tota in id incumbere, ut virtutes
Sponsae imiteris, quatenus à Deo et Angelis
ejus immortales laudes adipisci valeas.

Considera 3. quod junctura famorum deno-
tent custodiam castitatis, qua videlicet co-
solicitiuè custodiri debet, quò pretiosior ip-
sa dignoscitur esse thesaurus. Et certe non
immerito monilibus comparatur; quia sicut
monilia mirè ornant pectus, sic pudicitia
admodum decorat animam; eamq; disponit,
ut specialiores divinae gratiae influxus reci-
pere possit. Sicut enim in malevolam ani-
mam non introibit sapientia, sic vice versa
libenter in corde casto et mundo habitat;
nam quemadmodum peccatum carnis intellec-
tum obscurat, iudicium obtundit, mentem
hebetat, ita et castitatis mundicia animam

Sap. 1

178
illuminat, et ad clariorem à Deo. recipiendam
notitiã habilitat. Inter Apostolos S. Joan-
nes, et S. Paulus virginitatis dono celebres
extiterunt, quorum unus fuit raptus usq; ad
tertium coelum, et vidit valde sublimia, qua
non licet homini loqui; alter vero super
pectus Domini recumbens meruit haurire
secreta coelestia. Qui igitur vacuus est
carnalibus cupiditatibus et servat ani-
mam suam castam efficietur idoneus, ut
majorem divinarum rerum cognitionem asse-
qui possit; Nam mirum, nam Christus, qui est
via, veritas, et vita, libenter castis mentibus
se comunicat; unumquodq; enim gaudet si-
mili; et ideo dicitur, passi inter lilia, quia
delectatur candidã puritate castitatis.

Jo. 14

Sicut autem Deus se oblectat in mundis
cordibus, sic vicissim casta mentes magnas
in Deo degustant delicias; meretur enim,
qui propter Deum carnis voluptates des-
pexerit, ut vice versa spirituales delecta-
tiones in Deo inveniat. Alioquin vero quem-
admodum ignis et aqua simul esse nequeunt,
sic consolationes spirituales cum vitiis sensuali-
bus habitare non possunt; prius ergo delecta-
tiones carnales nobis odio sint oportet, et
tunc spiritualibus perfruemur, qua tanto
dulciores erunt, quanto major fuerit cordis mun-
ditia. O beata mens, qua in corpore mundo ser-
vit Sponso suo Jesu Christo. Beata, qua parat
in corde suo habitationem Spiritui Sancto.

B Documenta.

Anima, qua in via mandatorum Dei, et in se-
mita caenolorum S. Patrum vestigia sua figit,
pulchre incedit, rectiq; tendit in coelum; calcat
enim omnes res terrenas, omnesq; animæ affectio-

nes et concupiscentias calceo mortificationis; calceus enim, quia ex mortuorum animalium pellibus fit, notat mortificationem, qua recta est via ad perfectionem et gloriam.

2
Carn. à
Lap. h.

Epist. 15

Ceterum additur in calceamentis, ut significetur incessus et progressus in modestia, castitate, omniq; virtute, continuus, constans, et fortis, qui omnes tentationum spinas, et adversantium remoras, quasi calceis constantia munitus, caliet, et superet. Sic calceata, et in omnibus composita erat B. Apella, de qua S. Hieronymus ad Marcellam; "Nihil, inquit, illius brevitate jucundius, nihil jucunditate Severius, nihil suavitate tristius, nihil tristitia sua vius. Sermo Silens, et silentium loquens."

3

Juxta S. Ambrosium hic denotatur Speciosa anima pulchritudo, qua carne tanquam calceamento utitur, et in ipso impedimentum non patitur, sed decore incessus praeceat. Calceat ergo se, inquit, anima gratiam Christi, ut cursum hujus vitae, et transitum cum decore pertranseat. Hoc fit, si calceamentum suum sive corpus luto corporali non inquinat, si castiget carnem suam ne moretur in cursu et aridina pinguis pondere progravetur.

4
Cornel
à Lap.

Symbolicè duo femora eorumq; junctura significant omnium fidelium concordiam, nexum et juncturam in gemina charitate Dei et proximi. Sicut ergo femora per vertebrae ceteris membris cohaerent, sic fidelis quisq; cum aliis fidelibus veram charitatem conjugatur oportet.

Umbilicus tuus crater tornabilis,
nunquam indigens poculis. Venter
tuus sicut acervus tritici,
vallatus liliis. c. 7. v. 2.

179
Commentarius

Sponsus prosequitur Caudas sponsa, et ait:
umbilicus tuus crater rotundus, nunquam
indigens poculis, hoc est: temperantia tua
est perfecta, et secundum rectam mensuram,
nunquam indigens largiori effusione. Sep-
tuaginta vertunt, non deficiens mixto, hoc
est nunquam carens vino probe diluto.
Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus
liliis, id est. memoria, vel mens tua continet
multas et bonas cogitationes, ideoq; vallatur
mundis et castis operibus.

Honor. Veron. C.

Umbilicus anima, inquit Honorius, est tempe-
rantia; quia sicut umbilicus medius est in-
ter superiora, et inferiora membra, ita et tem-
perantia inter virtutes et vitia media est.
Ventrem vero anima memoriam esse, iam supra
ostensum est.

Honor. R.

Meditatio 74.

Considera quod crater rotundus sit perfec-
ta mensura, quam quævis anima pia servare
debet, dum reficit corpus, ut videlicet non
plus cibi aut potus sumat, quam natura
ipsius exigat ad vires suas conservandas. Et
hoc pertinet ad virtutem temperantia, per
quam scilicet voluptatem in cibo et potu re-
franamus, et debitum modum in refectioe cor-
poris observamus. Hæc virtus nobis valde
necessaria est; quia sicut ex nimio cibo ac
potu nascuntur turpes cogitationes, vagi discursus,
somnia, pigritia, ac mentis obscuritas, ita vi-
ce versa ex temperantia progignuntur casta
cogitationes et affectiones, cordis compunctio, ac apta-
tio animi ad orandum, ad contemplandum,
ad studendum dispositio; hinc nos monet Salva-
tor attendite, inquit, ne forte graventur corda
vestra in crapula et ebrietate; quia ut bene

ordinare

Luc. 21.

grad. 26. c. 49.

ait Climacus: Sicut terra, si moderate sit irrigata, semen sparsum, quod excipit, cum multa fertilitate effundit; multis vero imbribus madefacta spinas et tribulos tantum gignit, sic terra cordis, si moderato utamur victu, semina sibi innata ac insita pura edit, et illa quae sunt à Spiritu S. Seminata, cum multa viriditate, et ubertate fructuum profert, si vero potu madaeat, ex omnibus cogitationibus suis spinas et tribulos procreat. Inde liquet, neminem in perfectione Christiana profectum insignem facturum esse, nisi prius in virtute temperantiae excellere studuerit. Vide igitur o anima mea, quam sollicita esse debeas, ut hanc virtutem perfecte acquirere possis. Noli tamen despondere animum, si quandoque plus refectio[n]i corporis indulgeas, quam oportet, valde enim difficile est, semper mediocritatem tenere, et ad perfectionem temperantiae pervenire. Quis est Dominus, inquit S. Augustinus, qui non aliter quando rapiatur extra metas necessitatis, quis quis est, magnus est, magnificet nomen tuum. Ut autem huic malo mederi valeas, instar ejusdem Augustini jugiter adversus te intemperantiam certare, ac divinam opem implorare debes. ait enim, ego in tentationibus positus certo quotidie adversus concupiscentiam manducandi et bibendi, et invoco dextram tuam ad salutem meam, nemo enim potest esse continens, nisi tu des.

l. confess.

Considera 2. quod temperantia non indigeat poculis, hoc est, largiori effusione, quia paucis contenta est, nec deficiat mixta, quia amat vinum aqua diluere, ut castitas, quae est soror eius, tanto magis illibata servetur; vinum enim purum et largius sumptum accendit carnem, excitat libidinem, et castitati inurit labem. O quot sunt,

180
qui perpetuo virgines permanfissent, si sem-
per sobrie vixissent, sed quia noluerunt se
subdere temperantia legibus, ideo misere
perdiderunt thesaurum irreuerabilem, ni-
mirum virginitatem suam, et cum ea anima
suam transmiserunt Orco. Quod talibus con-
tingit tibi etiam evenire poterit, si largiori
infusione delectari valueris. Verum et si
castitas per vinolentiam nulli esset expo-
sita discrimini, vel ex hoc solo eam vitare
deberemus, quod turpe sit homini Christia-
no, ut in bibendo se ultra necessitatis metas
abrupi sinat. Quid enim foedius, quam ho-
minem a belluis naturali quadam frugalitate
contentis superari dum ventris quasi mancipium
agit, ac vino abundantius hausto valetudinem
cadit, morbos accersit, vitam ipsam sibi ab-
rumpit. Ceterum ut hoc intemperantia
vitium radicibus amputari possit, proter cer-
tam et orationem, etiam animus ad amorem
spiritualium rerum accendendus est; po-
tenter enim corpus extenuat, ait S. Grego-
rius, qui amore coelestium cor inflammat,
quia dum spiritualia diligit, desideria car-
nis valenter premit. Et certe, ut bene ad-
vertit Cassianus, nequaquam poterimus praesentium
spernere voluptates, nisi mens con-
templationi divina defixa, amore virtutum
et pulchritudine coelestium potius delectetur.
Tua igitur Jesu dilectio, grata mentis refec-
tio, replens sine fastidio, dars famem desi-
derio. Quem tuus amor ebriat, novit, quid
Jesús sapiat, quam felix est, quem satiatur,
non est ultra, quod cupiat.

Considera 3. quod venter spiritualis anima sem-
per occupari debeat in excoquendis, et digeren-
dis bonis cogitationibus; ubi enim ista men-
tem occupant, nec diabolus, nec mundus suis
suggestionibus quidquam adversus eam effice-
re possunt. Nulle profecto acervi vitici non

C. s. inst. c. 14.

Born.
in jubil.

tam profunt corpori, quam sancta cogitationes
devota menti. Sicut namque prava cogitatio-
nes generant prava opera, sic vice versa
ex salubribus cogitationibus prodeunt etiam
salubria opera. Inde fit, ut mens, qua
jugiter pias fovet cogitationes, semper etiam
valletur, ac muniatur bonis operibus. Po-
ne enim tibi ante oculos piam animam, qua
Christi passionem assidue meditatur, qua eius
perfectiones puta infinitam pulchritudinem
bonitatem, sapientiam, potentiam, providentiam
seria mente recolat, qua etiam novissima
sua crebrius memoret, qua praeterea semper
cogitet, quam suavis sit Dominus, quod
omnia extra Deum sint mera vanitas, et
quod in ipso solo Deo vera pax, tranquili-
tas, ac felicitas inveniri possit. Pone in-
quam, animam devotam haec et similia ani-
mo obvolventem, et videbis eam incedere
vallatam liliis, castis scilicet et mundis ope-
ribus, ac currere viam mandatorum Dei, ut
tandem ad ipsum pervenire, et in eo tanquam
ultimo fine suo aeternaliter requiescere pos-
sit. Ecce anima fidelis, quantum proficit,
semper pias ac salubres fovere cogitatio-
nes, ^{studere} ~~attendere~~ igitur, ut diabolus te jugiter
inveniat occupatam bonis cogitationibus,
ut videlicet semper ea cogites, qua concor-
nant salutem tuam aut profectum tuo spiri-
tuale, aut magis conducunt ad Deum ampli-
us cognoscendum et diligendum. Quae vero sunt
mundana, vana, transitoria, et a Deo abdu-
cunt, a te longe proicias eaq; perfecto odio
habeas. Tali modo mundam conserva bis cons-
cientiam, et pace animi, qua exsuperat omne
sensum perpetuo fruereis

Documenta

1) "Umbilicus noster, inquit Beda, crater fit

tornatilis, nunquam indigens poculis, cum conscientia mortalitatis atq; infirmitatis nostra admoniti, calicem verbi salutaris proximis propinare satagimus, ut videlicet nobis misericordiam facientibus, misericordia celestis beatitudo recompensetur.

"Potest quoq; umbilicus fonsa, ait idem Beda,²
"crater tornatilis nunquam indigens poculis pro eo accipi, quod anima, quaq; sancta, quanto se fragiliorem meminit, atq; ab ea, quam in futuro sperat, immortalitate atq; incorruptione adhuc longe distantem, tanto fortius sese continuis verbi Dei poculis reficere, et in eius amore calefieri curat dicens illud Psalmista: et poculum tuum inebrians, quam praeclarum est!

"Venter pergit idem S. Doctor eandem, quam et umbilicus mortalitatis nostrae conditionem designat, nam et ipse certissimus est, ac maximus nostrae imbecillitatis iudex, qui quotidiana refectio corpore nostrum, ne deficiat, recreat, donec fiat illud, quod promissum tamen: Erca ventri, et venter escis: Deus autem, et hunc, et has destruet; Venter ergo noster, sicut acervus est tritici, cum memores nostrae fragilitatis fructus operum bonorum, quibus perpetuo reficiamur, in praesenti nobis vita preparamus.

Duo ubera, ^{tua} sicut duo hinnuli gemelli caprea.
Collum tuum sicut turris eburnea, c. 7. v. 4. et 5.

Haec explicata sunt supra c. 4. v. 4. et 5.

Oculi tui sicut piscinae in Hesebon
quae sunt in porta filiae multitudinis.
Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum. v. 9.

Commentarius:

Oculi aquis comparati indicant donum la-

Hugo Card.
Veron. h.

7 o Sponsa

lacrymarum à N. Patribus magni Semper estimatū
Sensus est: Sicut piscinae, quae sitae sunt ad por-
tam Hesebon urbis populosissimae largas emittunt
aqua, sic oculi tui defluunt et depluunt la-
crymas compunctionis, et devotionis. Praeterea
nasus tuus sicut turris, quae respicit contra Da-
mascum, quia sicut illa turris erat specula
quaedam ad Syrorum insidias et incursum dete-
gendos, ita et nasus tuus, hoc est, vigilantia
solertia et discretio tua utilia et noxia
eminus prospicit, ac virtutem à vitio soler-
ter discernit

Meditatio 75

Jerem. 9

p. sal. 6.

Euli. 7.

in ips. 127

hom. 12 in Epist
ad Coloss.

Considera d. magnum dei domum esse, habere o-
culos instar piscinarum Hesebon largas ema-
nantium aquas. Noverat huius domi magni-
tudinem, qui dicebat: quis dabit capiti meo a-
quam, et oculis meis fontem lacrymarum, et
plorabo die ac nocte? Noverat huius domi ma-
gnitudinem, qui aiebat: lavabo per singulas
noctes lectum meum, lacrymis meis stratum
meum rigabo. Noverat etiam huius domi ma-
gnitudinem, qui dicebat: melius est ire ad do-
mum luctus, quam ad domum convivii. Et
iterum: risum reputavi errorem, et gaudis
dixi: quid frustra deciperis? per hoc indi-
cans, se libentius flere, quam ridere velle.
Cui enim va, nisi illis, qui vident? A cui consa-
latio, nisi illis, qui lugent? Va vobis ait
Salvator, qui ridetis, quia flebitis, et vice-
versa: Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabun-
tur. Magnum igitur bonum est donum lacry-
marum, per quod nempe anima hic magna
voluptatem et consolationem sentit, illic vero
sempiternam exultationem perfructur. Dulcio-
res sunt lacrymae orantis, quam gaudia theatro-
rum, inquit S. Augustinus. Nihil his lacry-
mis iucundius, ait S. Chrysostomus, sciunt,

qui lugent, quantam haec res habeat voluptate.
 Et nonne, qui seminant in lacrymis in exultatione - ps. 125
 ne metent? O anima fidelis, si cor tuum
 sit saxum, ferreum, durum aridum, ora, suspira,
 clama, preces, ingemina, et persiste, in clamori-
 bus, donec à Patre coelesti donam lacrymarum
 impetrare merearis; licet enim assidua passio-
 Christi ac novissimorum meditatio fiat aptissi-
 ma media adiciendas ex oculis lacrymas, nihilo-
 minus nisi Deus cor tuum intus moverit ad
 lacrymas compunctionis, manebit illud durum
 et aridum, eritq; sicut terra sine aqua. ps. 142

Considera et Hesebon idem esse ac cingulum
 moeroris, ut aiunt S. Gregorius Beda et alii,
 per quod providè intelligimus, quod anima
 pia, qua dilecta Christi sponsa officii cupit,
 pro fluxa huius saeculi latitia, cingulo moero-
 ris saluberrimi se constringere debeat. Cui-
 gulo videlicet, ut lumbos mentis suae ab om-
 ni immunditia cohibeat: cingulo autem moe-
 roris, ut sua et aliorum delicta perpetuò lu-
 geat, maximè verò ut suum exilium in hac
 lacrymarum valle defleat, ac postpositis om-
 nibus terrenis consolationibus unice suspiret
 ad aeterna gaudia, cum Propheta ingeminas:
 heu mihi quia violatus meus prolongatus
 est; vel cum apostolo: Cupio dissolvi, et
 esse cum Christo. Verum dolendum, quod tã
 pauci sint, qui hanc dissolutionem optent; f
 pleriq; enim volunt in hac vita videre dies
 bonos, coronare se rosis, et agere dies lati-
 tiae; hinc est, quod cingulum moeroris, quan-
 tum saltem eis licet, à se abiciant, et quid-
 quid eorum delectationes interrumpere po-
 test, à se removeant. Maxima sane haec est
 infania, quia dum saluberrimum moeroris
 cingulum induere nolunt, in hora mortis
 circumdabunt eos dolores tetra ac horrida

Beda

ps. 119 Philip. 1

ner astricti
 sunt et por-
 gas existunt
 plumbum la-
 . Pratorie
 t contra di-
 t. Specula
 ue sus ubi
 vigilanti
 t rovia
 ritio foli
 bere o
 as ema-
 magni-
 nes a-
 arum, et
 toni na-
 ligula
 tatione
 toni ma-
 iro ad de
 rii. Et
 gaudis
 hoc indit
 re velle.
 cui conse-
 is sit
 l vice
 mola
 im largi
 magna
 illi con-
 Dulcis
 a plebe
 his legi-
 sciat

moestitia, et coangustabunt eos undiq, oculiq,
ipforum in hoc terrifico tremenda aternitatis
vestibulo se spectabilem praebeat, omnium re-
rum, quibus delectati sunt, vanitas. & Tunc
flebunt tunc epulabunt, sed ipforum fletus
et ejulatus, cedet ipsis in majorem dolorem, et
supplicium. O anima mea, si Sapis nunc cin-
ge ^{hite} cingulo salutaris tristitia: plange videli-
cet peccata tua, quibus toties Deum sum-
mum bonum tuum offendisti, et despiciens pro-
sentia tanquam vana et seductoria, anhela ge-
mens ad Superna gaudia, ut postea in ultima
vita tua periodo posita valeas potius gaudere,
quam moerere.

Considera 3. quod natus anima sancta instar tur-
ris libani sit ejus providentia, vigilantia so-
lertia, et discretio, qua eminentia mala praeca-
vet, bonum a malo, virtutem a vitio, inspira-
tionem Dei a suggestione diaboli, Spiritum
charitatis, a Spiritu carnis solerter discernit.
Hae solertia et discretio anime ad perfectio-
nem Christianam aspiranti summe necessaria
est; nam ut ait Salomon: est via, qua videtur
homini justa, novissima autem ejus deducunt ad
mortem. Et nonne diabolus, ut decipiat in-
cantos, eosq, a recto virtutum tramite abdu-
cat, Sape Sapius in Angelum lucis se trans-
figurat, falsa pro veris obtrudens; cujus
proinde technas nemo detegere valebit, nisi
discretionem praeditus fuerit. Unde discretio
non immerito a S. Patribus mater virtutu
nuncupatur. "Discretio, inquit S. Bernardus
"mater virtutum est, et consummatio perfecti-
"tionis. Hae nimirum docet, ne quid nimis:
"haec omni virtuti ordinem ponit. Non tam
"est virtus, quam quaedam moderatrix, et auri-
"ga virtutum, et morum doctrix. Tolle
"hanc, et vitium virtus vitium erit. O ani-

prov. 14

Jerm. 3. et
Jer 49. in cant.

ma fidelis, duo tibi sunt agenda, ut discretio-
nem virtutum matrem, sine qua nullum
in virtutibus progressum facere poteris,
acquirere valeas: 1^{um} est, ut eam suppli-
cibus precibus à deo postules. Si quis enim
indiget sapientia, ait S. Jacob, postulet à
deo, qui dat omnibus affluenter. 2^{um}

Jac. j.

est, ut in magna humilitate ambules, et
nunquam pertinaciter tua innitaris pruden-
tia. // Vera discretio, inquit Cassianus, non nisi
vera humilitate conquiritur. Cujus humilita-
tis haec erit prima probatio, si universa non
solum qua agenda sunt, sed etiam qua cogi-
tantur, seniorum referentur examini, ut
nihil quis suo iudicio credens, illorum per
omnia definitionibus acquiescat, et quid bo-
num vel malum debeat iudicare, eorum tra-
ditione cognoscat.

Coll. 2. c. 10.

Documenta

Hesebon, inquit S. Gregorius, cingulum maeroris
interpretatur, Oculi ergo sponsa sicut pisi-
na in Hesebon dicuntur, quia dum de pere-
grinatione sua tristantur, lacrymis se la-
vant. Porro in naso odoris discretio habetur.
Per nasum ergo discretio praedicatorum defi-
gnatur, quia per eos nobis virtutum odo-
res et vitiorum foetores monstrantur.

Anima sancta bini oculi, inquit Cornelius à
Lapide sunt meditatio et contemplatio. Haec
similes sunt piscinis; quia sicut in piscinis
aluntur pisces, sic in meditatione nutri-
untur pia mentis affectiones et desideria.
Præterea sicut piscinae sunt limpidae, red-
duntq; imaginem intuentis, sic anima in
meditatione fit speculū recipiens Dei si-
militudinem, ejusq; imaginē in se represen-
tans. Deniq; sicut piscinae istae erant

justa portam filia multitudinis, sic medi-
tatio et contemplatio sunt justa portas para-
disi ubi est innumera multitudo filiorum
Dei, puta Saactorum, et beatorum.

9. Nasum instar turris Libani habuit S. Mag-
dalena, id est turrita s. Magdal enim he-
braice est turris: qua futura prospiciens
paravit, ac praesentia calcavit Christum
se conceperat. ideoq, ut ait S. Hieronym.
Epist. 16. ad Principia
"ob sedulitatem, et ardorem fidei Turrita nomen
"accepit, et prima ante apostolos Christum
"meruit videre resurgentem.

Caput tuum ut Carmelus, et coma capitis
tui sicut purpura regis
vineta canalibus. c. 4. vs.

~~Dilucidatio~~

~~Sponsus prosequitur laudes sponsae, et ait:
caput tuum, id est, mens tua est idea perfectio-
nis, et plena virtutibus, et mons caamelus
excelsissimus est, ac multiplici fructuum
genera feracissimus. Praterea coma capitis
seu cogitationes et affectiones cordis tui sunt
sicut purpura regis, id est, rubent, et ardent
charitate Christi, eo quod vulnerum ejus ca-
nalibus per contemplationem vineta sis, et
illigata.~~

Commentarius

Sponsus prosequitur laudes sponsae, et ait:
caput tuum, ut Carmelus, hoc est, sicut mons
Carmelus excelsus est, ac multiplici fructuum
genera feracissimus, sic mens tua sublimis est
conversatione, ac fertilis virtutibus et bonis ope-
ribus. Praterea coma capitis, id est, cogitatio-
nes et affectiones cordis tui sunt sicut purpura
regis, id est, nempe rubent, et ardent charitate
Christi, quia vineta es et illigata per con-
templationem canalibus vulnerum ejus.

184
Meditatio 74

Considera 1. quod Sicut caput est Supra mem-
bra, sic et mens esse debet Super omnes anima
vires appetitus et passiones. Beata plane
anima, qua per mortificationem, per contem-
plationem, per charitatem suam sensualita-
tem recta rationis imperio subegit. Hae meri-
to comparari potest Carmelo, quia sicut iste
mons valde amoenus, excelsus, ac fertilis est,
sic talis anima virtutibus amoenae conversa-
tione excelsa, et bonis operibus ferax effici-
tur. Quid, obsecro, mens humana, qua sem-
per cupit esse beata aliquid aliud in hac vi-
ta desiderare potest, quam ut domitis inordi-
natis passionibus, qua eam jugiter inquietant,
et perturbant, ac consequenter infelicem red-
dunt, abundet virtutibus et bonis operibus,
atque animo suo semper in altis habitet ut
possit dicere, conversatio nostra in coelis est.
Quis sufficienter exprimet, quam suavam,
tranquillam ac planam consolationibus ea vi-
tam ducat, adeo ut si nullus alius fructus
ex abnegatione sui ipsius, atque ex refrana-
tione inordinatarum cupiditatum sperari
posset, quam iste, nimirum, quod tunc ani-
ma libera, expersq; mareat ab omni lucta et
perturbatione, ac magna animi pace perfrua-
tur, iam omne studium suum ad subigendas
passiones suas convertere deberet. Verum
quia inestimabilis corona iis, qui adversus
carnales appetitus suos legitime certaverint,
atque legem membrorum legimentis, exterio-
remq; hominem interiori subiugaverint repo-
sita manet. hinc est, quod qualibet anima,
qua immortalis gloria cupida est, omnem ope-
ram impendere debet, ut mens ejus efficiatur
instar Carmeli, excelsa per contemplationem,
amoenae per dilectionem, bonis operibus
ac virtutibus fertilis per mortificationem
et sui abnegationem.

philip. 3.

Considera 2. quod Carmelus Scientia circumci-
sionis interpretetur, ut ait S. Gregorius. Ca-
put igitur seu mens pia anima Carmelo com-
paratur, quia scientiam habere debet circum-
cisionis, ut videlicet, quidquid in corde immun-
dum, distortum, et legi divina dissonum no-
verit, illud amputet, quatenus habitatio
munda et amoena Spiritus S. effici merea-
tur. Nihil profecto hac circumcisione
nobis magis cura et cordi esse debet; cum
anim ad imaginem et similitudinem Dei crea-
ti simus; hinc omnino necesse est, ut quidquid
hanc Dei similitudinem in nobis deturpat, ab-
cindamus, quatenus per hanc amputationem
7 quodammodo imagine Dei in nobis reparata 7 Dei nuncu-
pemur et simus: juxta illud: ego dixi dii estis,
et filii excelsi omnes. O anima fidelis si
p. 81. Tires, quam magnum et excelsum hoc fit Deo
simile esse et dignum ejus templum effici,
quam sedula fores in mundando corde ab
omni labe vitiorum, et excolenda mente om-
ni genere virtutum. Sed heu insaniam tua!
tempus, quod ad amputanda vitia, ad exercen-
das virtutes tibi à Deo concessum est, in se-
cundis vanitatibus ac delectationibus terrenis
miserrimè profundis, atq; pro eo, quod divi-
tias immortales tibi comparare debuisses,
iram Dei malis operibus tuis tibi thesauri-
zas in die judicii. Ah aperi tandem oculos
tuos, et defle demeritiam tuam, dignosq;
fructus poenitentiae ac bonorum operum
facias, ut amputatis ex corde tuo vitis
illud excolas virtutibus; Hanc culturam à te
caigit Christus, ut libenter in hortum men-
tis tuae descendat, ac diuturnam mansionem
in eo faciat.

Considera 3. Quod per comas capitis cogi-
tationes, desideria et affectus in scripturis
intelligi soleant. Haec autem cogitationes

et affectus sicut purpura regis hic dicuntur,
quia ardent charitate, quam gignit assidua
meditatio passionis Christi; quis est enim qui
seriâ mente dolores Christi, atq. acerbissimam
mortem ejus recogitet, et non accendatur
erga eum amore, praesertim si ad memoriam
revocet, quod ipse Salvator omnia ille di-
versissima supplicia ex mera erga nos dilectione
subire voluerit, paratus adhuc plura pa-
ti, si opus redemptionis nostrae illud ex-
gisset. Profecto ea anima, quae est vincta
canalibus, id est, illigata per contempla-
tionem vulneribus Christi, quae sunt cana-
les, per quos ad corda nostra defluunt gra-
tiarum rivuli, facile relinquit amorem
saeculi, ac se totam mancipat amori spon-
si sui coelestis, illiq. soli adherere
cupit. Sed quid est o anima mea, quod,
licet iam recogitem Christum amore mei
crucifixum; licet videam, quod non sit do-
lor sicut dolor ejus; licet aspiciam, quod
a planta pedis usq. ad verticem non sit in
eo sanitas; licet eum intuear, brachia
sua in cruce expandentem, ut me complec-
tatur, caput inclinantem, ut me osculetur
maneam tamen sine amore, sine dolore, si-
ne compassione, sine sensu, sine affectu?
O me omni lapide duriores! ululat per-
cussus canis, et doleo, crucifigitur Dei filius,
frater et sponsus meus, nec tamen moveor.
Jesus amor meus pro dolore expirat, et cor
meum nec condolet, nec suspirat. Fluit copio-
se sanguis ejus, ex omnibus venis corporis, et
non solum stillat vel lacrymula ex oculis
meis. Immania hiant in ~~corpore~~ ^{lacerato} corpore vul-
nera, et mea non vulnerantur viscera. O
Deus quantum doleo, quod non doleam! Ah
miserere mei amantissime Salvator, miserere
mei; aufer obsecro duritiam cordis mei, ut su-
per te crucifixo exitus aquarum deducere va-

Thren. i.
Isai. l.

Leant oculi mei.

Documenta.

1. Caput Ecclesie Christus est, inquit S. Gregorius,
qui bene ut Carmelus dicitur, quia ipse per
passionem, quam sustinuit, ad gloria Patriis
est exaltatus. De quo scriptum est: Et erit
in novissimis diebus preparatus mons Domus
Domini in vertice montium. In Carmelo quip-
pe Helias orans obtinuit pluvia, et nos in
Carmelo orantes, pluvia impetramus quan-
do in Christum credentes, Christum deside-
ramus, et à patre irrigatione gratia susci-
pimus, quam rogamus.

2. Moraliter caput sponsa, inquit idem S. Gre-
gorius mens vocatur, quia sicut à capite
membra, sic à mente omnes cogitatus nostri
disponuntur. Carmelus autem scientia cui-
cucisionis interpretatur. Caput ergo sponsa
ut Carmelus esse pertinetur, quia quodi-
bet sancta mens novit qualiter circum-
cidatur; novit, quia nihil est, quidquid in
corpore agitur, si mens imunda fuerit
qua templum Christi si efficitur, ab ipso
inhabitatur.

3. Coma anima purpurea, est copia piarum co-
gitationum et affectionum ac presentim de-
siderium mortificationis, quod ipsa haurit ex
guttis sanguinis à Christo in cruce stillan-
tibus, quas ipsa meditando per confessione
assidue bibit, et haurit sicut enim rubebat
caro Christi sanguine passionis, sic rubent,
ut ita dicam, piæ cogitationes anima piæ,
dum jugiter intinguntur sacratissimo cruce,
qui largiter ex fluit ex vulneribus Jesu
Christi.

Quam pulchra es, et quam decorat in
deliciis. Statura tua assimilata
est palma, et ubera tua Botris. v. 6. et 7. q charissima

Dilucidatio Commentarius.

Hucusque per singula membra laudavit
Sponsus Sponsam suam, nunc in genere comen-
dat ejus pulchritudinem: quam pulchra
es, inquit, et quam decora charissima in de-
liciosis, id est, in affluentibus perfusione spiri-
tualium deliciarum. Statura tua ex om-
nium virtutum harmonia consurgens in al-
tum assimilata est palma ratione rectitudinis,
altitudinis, viriditatis &c. et ubera tua bo-
tris, quia sicut botri sunt ad famem et sitim
sedandam, sic gemina charitas tua Dei Sci-
licet et proximi potum et esum praestat, dum amor Dei
mentem inebriat vino coelesti, et amor proxi-
mi ^{corda} nutrit et confortat verbo Dei.

○ Meditatio 77.

Considera 1. quod anima pia per gratiam dica-
tur pulchra in deliciis, quando nimirum affluente
perfusione deliciarum spiritualium accipere
meretur. Sunt autem delicia anima sancta
primo tribulationes, et cruce; gloriamur enim
in tribulationibus, ait S. Paulus. 2.º divina
inspiraciones, et consolationes spirituales quas
Deus fidelibus tibi devotis praesentim in tri-
bulatione positis aspirat. 3.º dulcedines di-
vini amoris, quae exsuperant omne sensum.
4.º gratia humilitatis, et mansuetudinis,
per quam anima magna potitur requie, et tran-
quillitate, juxta illud: discite à me, quia mi-
sum ti, et humilis corde, et invenietis requiem anima-
bus vestris. 5.º denique sunt sacrae scripturae:
"Charissima in deliciis dicitur, inquit S. Grego-
rius, quia ad charitatem et familiaritatem

Rom. 5.

Matth. xi

Christi non pervenit, quisquis Scripturae sane
In deliciis abundare non contendit. Vis me
scire o anima fidelis, an sis pulchra decora
Deoq; amabilis, et an merearis ab ipso cha-
rissima vocari, expendam, num istae deliciae,
quibus hirsuta delectatur, ^{etiam} tuae sint, ac te
oblectent? Si ita est, de pulchritudine tua
deq; amicitia, et dilectione Dei erga te mi-
nimè ambigere potes. Sin minus, ita nem-
pe ut horreas tribulationes, et crucas, vanos
saeculi amores requiras, in altis, et saeu in
magnis, et mirabilibus super te ambules,
atq; lectionem S. Scripturarum fasti-
dias, noveris te horrendo monstro foedio-
rem, ^{ac a} Deoq; alienissimam esse. O Deus of-
fice per gratiam tuam, ut meas delicias in
te, aut in iis, quae me ad te ducunt unice
reponam; tu es enim verarum voluptatum
palagus immensum, et in te sunt vera gau-
dia, quae nulla potest auferre saeculi tristi-
tia. O In beatam, si à tuo benedicto ore
aliquando audire mereatur: quam pulchra es,
et quam decora in del. charissima in deliciis.

7 animam meam nimis

ps. 91

Philip. 3.

lib. 3. Hexam.
cap. 17.

Considera 2. quod anima Sancta similis
sit palmae juxta illud: justus ut palma flo-
rebit: nam 1^{mo} instar palmae recta est per
rectitudinem justitiae. 2^{do} alta est per coele-
stem vitam, ac rerum divinarum assiduam
contemplationem, unde cum apostolo meri-
to dicere potest: conversatio nostra in coe-
lis est. 3^{to} semper vivens est per vitam in-
nocentiam. Unde S. Ambrosius, imitare in-
quit palmam, ut dicatur et tibi. Statura
sua similis facta est palma. Serva viridita-
tem pueritiae tuae, et illius innocentiae natu-
ralis, quam à primordio recepisti, ut planta,
suis secus decursus aquarum fructum tuum

in tempore tuo habeas preparatum, et folium tuum non defluat. 2^{to} denique sicut palma inferius in trunco aspera est, superius vero amoena, in ramis scilicet, et suavis in dactylis, sic anima devota in inferioribus, inquit Cassiodorus, hoc est, hic in terris asperitatem laborum et passionum sustinet pro Christo, in superioribus autem, hoc est, in coelestibus pulchritudinem et suavitatem expectat promissionum. O anima Christiana, quam multa hic habes incentiva, ut priam vitam conversationem inces, et ad sanctimoniam seu ad perfectam aspices, quatenus aliquando palma assimilari merearis, ac de te dici possit: justus ut palma florebit, si enim hic ut palma florueris, illic coronam regni coelestis accipere mereberis, est enim palma symbolum victoriae, ac coelestis gloriae.

7 charitate

Considera 3. geminam charitatem, per haec verba: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum sicut te ipsum nobis praeceptam, instar botrorum neminem inebriare et pascere. Beata proinde ea anima, qua omnem saeculi vanitatem aspernatur, ut amore Dei magis ac magis succendi possit; quia dum amore, ^{erga} Deum actuali, hoc ipso etiam erga proximum charitate fervet; conjunctus est enim amor proximi amoris divini, adeo ut eodem amore, quo amas Deum, ames et proximum, et quo magis crescit amor Dei, eo amplius augeatur amor proximi. Et quamquam dilectio Dei longe sit nobilior dilectione proximi; eo quod amor Dei feratur in summum, infinitum, ac incomprehensibile bonum; nihilominus magna cura Deo fuit, ut proximum diligere-remus, quandoquidem praeceptum amoris pro-

Marc. 12.

scriptura
dit. Vm
lebra dca
is ab ipso
ste delicia
sint ac
itudine
egale
us, ita
nias, vov
at seu in
ambales
m fasti
tro foedia
Dous offi
licis in
t unice
aptatur
ara gau
li tristi
adito oc
ultra est
a in delicias
similis
palma flo
cha est per
t per coaly
inducam
tolo mori
tra in is
ec vita
chere in
stura
a vridita
his nata
ul plant
fura tum

Rom. 14

ex 5. Hieron.
l. de script.
Eccles.

ximi mandato amoris sui connectere voluit,
ut intelligeremus, magis preceptum post
dilectionem Dei esse non posse, quam charita-
tem proximi; hinc est, quod, qui non diligit,
maceat in charit morte, sicut vice versa,
qui diligit proximum, ait S. Paulus, legem
adimplevit, ~~et dabitur vita aeterna~~. Filio-
li, inquit S. Joannes evangelista, dili-
gite alterutrum, et si hoc solum fiat,
sufficit. Vides anima Christiana, quod ge-
mina charitas Dei scilicet et proximi sint
duo ubera, quibus anima lactatur et pasci-
tur in vitam aeternam. Vides praeterea, quod
illa sola mens digna sit Deo, qua ipsum
Deum simul et proximum charitate prosequi-
tur. Si vis igitur Deo, quo nihil jucundius,
nihil desiderabilius, nihil beatius, perpe-
tuo frui, cave ne per aversionem aut con-
temptum, aut odium, aut invidiam te sepa-
res à proximo tuo.

Documenta

1. " Anima Deo grata statuta, inquit Honorius,
" est perfectio virtutum, quae à primis fidei
" rudimentis coepit, et proficiendo crescit in
" virum perfectum, id est, in perfectionem vir-
" tutum. Haec statuta palma aequilatur,
" quia in inferiori angustatur, et in superiori
" dilatatur, sic studium virtutum primo est
" per actionem angustum, postea per contempla-
" tionem latum.
2. " Palma, ait S. Gregorius, dum crescit deorsum
" stringitur, et sursum dilatatur; sic anima
" parata ab imis ad minima incipit et paulatim
" ad majora crescendo usque ad amplitudinem per-
" fecta charitatis pervenit; nemo enim, sicut
" scriptum est, repente fit summus.

Anima
 " Ubera sponsa, pergit idem S. Doctor, duo precep-
 " ta charitatis existunt, qua animam qua possi-
 " deat, vino coelesti inebriant, et nutriunt. Po-
 " test tamen per palmam Crucis Christi. Palma enim 7 intelligi
 " sublimis valde crescentis, dulcissimi, fructus gi-
 " gnat, et crux Christi coelestem cibum nobis pra-
 " parabit. Cui statura sponsa assimilatur, quia
 " pro Christo mori non dubitat, quisquis Christum
 " valde diligens digne imitatur.

Dixi: ascendam in palmam, et appre-
 hendam fructus eius: et erunt ubera
 tua sicut botri vineae: et odor
 oris tui sicut malorum. C. 7. v. 8.

*Dilucidatio
 Commentarius.*

Sunt verba sponsi ad sponsam iuxta S.
 Patres, nominatim Gregorium, Bedam, Rupa-
 tum, Thomam, Anselmum, et multos alios,
 qui hic per palmam accipiunt crucem, quam
 Christus ascendit, ut in ea salutem nostram
 operaretur. Dicitur autem crux palma ra-
 tione victoriae, inquit S. Thomas, vel, quia
 lignum crucis transversale erat ex palma,
 ut sentit glossa cum Hugone Card. et mul-
 tis aliis. Sensus autem est, iuxta Hono-
 rium, quibus verba referuntur, ~~quod statura~~

~~quod statura perseverantia tua imitatur,~~
 assimilata
 rium, qui Sponsam coelestem sponsam suam
 alloquentem ita adducit: " Quod statura tua
 " assimilata est palma, hoc ideo ost, quia ego
 " ascendi in palmam; Dixi enim, id est, firmi-
 " ter apud Patrem ante saecula disposui, quia
 " ascendam in palmam, id est, crucem, et tunc
 " apprehendam fructus eius, nempe iuxta Hug.
 Card. nostram redemptionem, diaboli ligatione,

omnium electorum plenā Salvationē, nec
non geminam charitatem, aliasq, virtutes
Sanctorum. Unde bene Subditur: et erunt
ubera tua sicut botri vineae. Quasi diceret:
ex quo ascendi palmā crucis, inde astuavit cor
tuum amore tam erga me, quam erga proximum
tuum: et odor oris tui, sicut malorum. quia
sicut mala sunt aspectu pulchra, et odore gra-
ta, sic et conversatio tua, exemplaq, virtutum
quae se exterius produnt, pulchra sunt et gra-
ta intuentibus.

Meditatio 78.

Considera 1. infinitum amorem Christi erga nos,
qui non dubitavit ascendere palmam crucis,
ut in ea dirissimā subiret mortem, ibiq, totū
Sanguinem suum in pretium simul et lava-
crum effunderet, ut scilicet redempti à misera-
bili servitute, à peccatis omnibus munda-
remur, atq, omnibus virtutibus ac bonis coe-
lestibus divites efficeremur. Hoc enim pretio-
sissimo fonte purgantur vitia, augentur
virtutes, et mens omnium spiritualium cha-
rismatum abundantia impletur. Ah quis
non ignescat dilectione, non excitetur ad de-
votionem, non moveatur ad lacrymas com-
punctionis, ubi attenderit quanto amore ac
desiderio flagravit potens ille rex gloriae
et Dominus Majestatis, ut palma crucis cū
summa ignominia affigeretur? Baptismo, in-
quit, habeo baptizari, et quomodo coarctor, us-
que dum perficiatur. An aliquid magis
stupendum, aut majori admiratione dignum
unquam excogitari potuisset, quam ut Chris-
tus Dei filius pro nobis vilibus creaturis suis,
qui non nisi pulvis et cinis sumus, animam
suam poneret, et in abiecto crucis ligno expi-

Luc. 12

raret. O amoris vim! Ita ne summus unives-
 saram factus est vilissimus omnium? quis
 hoc facit? Amor dignitatis nescius, dignatio-
ne dives, affectu potens. Verè triumphat de
Deo amor. O Jesu mi crucifixe, vivam
 amore tui, moriar amore tui. Profecto si
 te non amem, quia tanto dolore at amore in
 cruce per te sum redemptus, mereor, ut pro me
 novus condatur infernus. Ah salvator aman-
 tissime, scribe, obsecro, in corde meo dirissimam
 manuum ^{ac} pedum tuorum perforationem in
 palma crucis factam, ut in ea tuum amore
 jugiter legam, pro te pati desiderem, et quam
 ardentissimè te diligam.

Bernard.

Considera 2. fructus passionis ac mortis Christi,
 quos Christus ascendendo crucem, ibiq; aspiran-
 do, se apprehendisse dicit, non utiq; pro se, sed
 pro nobis; neq; enim ipse mundi salvator
 mortuus est pro se, quatenus videlicet ita
 moriendo, salutem suam operaretur, sed sanè
 pro nobis, ut nimirum opus redemptionis nos-
 tra consummaret, nos à potestate demonis
 liberaret, ac libertate filiorum Dei donaret,
 nobisq; exemplum humilitatis, patientiæ, to-
 lerantiæ, obedienciæ, ac immensi erga nos amo-
 ris praberet, quatenus tali exemplo stimu-
 lati ejus vestigia amplecteremur, ac præ-
 sertim eum impensè diligeremus. Mortuus
 est Christus, inquit Apostolus, ut qui vi-
vunt iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ip-
sis mortuus est. O Domine Deus dilexij
 tē me, plusquam te; quia mori voluisti pro
 me. Cur non vicissim diligam te plusquam
 me, et desiderem, si non mori pro te, saltem
 tibi soli vivere? Vive igitur o anima
 mea, vive Christo, non saeculo; nam vivere
 saeculo mors est potius dicenda, quam vita. at
 vivere Christo, vita verè beata est, et immorta-
 lis, vita plena deliciis et voluptatibus. Discite

2. Cor. 5.

S. Aug.

ergo semper ~~itaque~~ vivere, discere mori. Morere mundo, va-
nitate, vitis; at vivere coelo, virtutibus, Deo;
Vivat in te Christus, omniaque tua Spirent Chris-
tu et hunc crucifixum, ut cum apostolo dicere
gal. 6. valeas: Mihi autem absit, gloriari, nisi in cru-
ce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi
mundus crucifixus est, et ego mundo.

Considera 3. Miram et sane incredibile esse
potentiam charitatis, Salvatoris ac redempto-
ris nostri; amore siquidem factum est ut
quod deteriora ipse Christus ab hominibus
acciperet, eo meliora eis communicaret, dum
enim dolores, et cruciatus crucis ab illis
sustinuit, ~~voluit~~, eisdem ~~liberant~~ pretiosissi-
ma ac nobilissima charitatis ubera imper-
divit, quibus videlicet se et alios lactent,
et pascant, atque ineffabili amoris dulcedine
hic refecti tandem illuc ab ubertate domus
Dei inebriari, et de torrente voluptatis ejus
potari valeant. Et erunt ubera tua, inquit
Sponsus coelestis, sicut botri vinea; quia ex
quo ipse Salvator ascendit palmam crucis,
inde succensa sunt corda fidelium gemi-
na charitate, Dei scilicet et proximi, atque Chris-
ti bonus odor facta sunt, sed tamen non ni-
si tunc, cum per contemplationem cum Chris-
to palmam crucis ascendunt; nam licet ex
passione ac morte Christi omne bonum nobis
obveniat, nihilominus fructus ejus maxime
per pias meditationes nobis applicare debe-
mus. Unde namque tot tepida fidelium ^{men-} ~~cor-~~
~~da~~, nisi ex eo, quod vitam ac passionem Chris-
ti raro pro oculis habeant; inde enim fit,
ut dum incantivum ardentis erga Deum dilec-
tionis, aliarumque virtutum, quod nobis exhibet
divissima Salvatoris passio, non curent, nec ^{an-} ~~men-~~
no revolvant, necessario etiam in semita vir-

tutum languent, et veluti frigore congelata in bono torpescant. O anima mea vis ire de virtute in virtutem, atq; ascensiones profectus spiritualis disponere in corde tuo ut tandem videre possis Deum Deorum in Sion, ascende per crebras meditationes in palmam crucis Christi; ibi enim juges ubera non lactis, sed vini fortis, nempe charitatis, ac invicta patientia, ibi hauries odorem oris Christi, id est, fragrantiam modestiam, obedientiam, amorem, et amoris eius.

Documenta

Sicut ante saecula, inquit S. Gregorius, Christus pro nostra morti disposuit, sic et in fine mundi propitius, et verax adimplevit. In palmam ergo ascendit, et fructus eius apprehendit, quia in cruce suspensus fructum vitam invenit, ac apprehendit, et nobis tribuit, unde adimpletum est: Et erunt ubera tua sicut botri vinea mortes

Verè per crucem pergit idè S. Doctor, ubera sponsa sicut botri vinea existunt, quia in morte Christi duo praecepta Charitatis sensus anima susceperunt, quibus pasta anima debrietur, debriata posteriora obliviscat, et in anteriora extendatur.

Philo palmam etiam crucem interpretatus, egregium addit elogium, nempe per eam omnem vim dolorum, cruciatuum, ignominia dederis, non modò vincii, verum etiam amabilem reddi, et gloriosam, et plane coelestem et salutare. Unde in ea sola Paulum gloriari, et per hanc Apostolos, ceteros fideles omnes laborum premia consecutos, et consecuturos.

Porro sicut botri vinea caluati ac pressi latissimum liquorem vini suo agricola atq; vinitori affundunt, sic viri Dei, justi ac sancti.

- " diis cruciatibus atq; pressuris hominū, bo-
- " trorum instar, afflicti, ac torti per victoriā
- " salutarem cultori Deo et Jesu Christo co-
- " larem letitiā de se pariunt, ac promunt, sanc-
- " titatisq; odore, atq; virtutum ad idem catervis
- " imitatores Christi; alliciunt, ac trahunt.

Lib. j. c. 25. Dicit etiam fidelis Christianus, inquit Harphius, ascendam in palmā, id est, in crucē, Christi passionem jugiter memorando, dolentes compatiendo, vivaciter invidiando, et fideliter imitando, quia Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut eadem cogitatione nos armantes, sequamur uestigia ejus.

Guttur tuum sicut vinum optimū, dilecto meo ad potandum, labiisq; et dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. v. g. et 10.

Commentarius.

Sponsus ulterioribus encomiis Sponsā suam commendat, et ait: guttur tuum sicut vinum optimum, id est, doctrina evangelica, qua ex guttore suo fluit, o Sponsa mea, vini suavitatem jucundior est; At sponsa verbum de ore Sponsi suscipiens, adjungit; dignum est dilecto meo ad potandum; neq; enim convenit, ut vilius aliquod adnoceatur delicatis labiis et dentibus illius ad ruminandū, sorbillandum, vel degustandum. ~~quod Pallo Palatum~~ Interim ego dilecto meo unice placere satago, quia et ipse votis meis obsequitur. ipse se totum convertit ad me, ut votis meis obsequatur.

Theodoret
et alii

Tirini. h.

Meditatio 79.

Considera 1. quam excellens sit evangelica doctrina, seu verbum Dei, ut illi, qui eam

devote auscultant, beati nuncupantur. Beati,
 inquit Christus, qui audiunt verbum Dei, et
 custodiunt illud; nec mirum; nam, ut ait
 Sapiens; Sermo tuus Domine sanat omnia,
 et qui audit verbum Dei habet vitam
 aeternam, ait S. Joannes. Hinc est, quod S.
 David verbo Dei summe oblectaretur. In
 via testimoniorum tuorum, inquit, delecta-
 tus sum sicut in omnibus divitiis. Noverat
 enim, Verbum Dei preciosissimum thesaurum
 esse, qui possessorem suum magna afficit
 jucunditate, cumq; magis recreat,
 quam omnes mundi divitiae; quapropter
 non immerito comparatur vino optimo; sicut
 enim hoc tristitiam sedat, et cor latificat;
 sic verbum Dei mentem exhilarat, et ^{in sa mae}
~~mentem~~ in laetitia convertit. Verba Dei,
 inquit S. Bernardus, sunt pascea vitae,
 refectio anima, dulcedinis pocula, dilec-
 torum Christi latificantia corda, chariora
 diligentibus Christum Super aurum et
 lapidem pretiosum multum, et dulciora
 Super mel et favum. O anima mea,
 si vis gustare, quam suavis sit Domi-
 nus, necesse omnino est, ut auditione
 divini verbi delecteris, amesq; lectio-
 nem S. Scripturarum; sicut enim
 verbum Dei aeternum dulce pabulum
 est Angelorum in coelo, ita verbum
 Dei ^{omni prolatum seu scriptum}
~~in scriptura~~ ~~scriptura~~ suave est
 nutrimentum piarum animarum in ter-
 ra. Hoc cibo Magdalena reficiebatur,
 ad pedes Domini audiens verba eius atq;
 pro illius dulcedine oblivioni trade-
 bat cibum ventris.

Considera 2. Si sola humana conditionis
 infirmitas, ac divina Majestatis sublimitas
 attendatur, nihil in nobis esse tam sanctum
 tam justum, tam altum, ut dignum dilecto ad

Luc. 21.

Sap. 16.

Jo: c. 10

ps. 118

Serm. 10
in Coena Dom.

Domini, be-
 per victoria
 Christo en-
 promunt, su-
 idem calen-
 unt.
 Hic
 Christi
 compati-
 nitando pi-
 uas nobis
 os amant.
 dilecto
 bus il-
 neo
 et 10.
 sua
 vinum
 que ex gul-
 lavitate
 re spasi
 actis meo
 vilis
 et danti
 nel de
 interim
 quia et
 nisi
 angustia
 qui ser

Isai. 64

potandum reputari debeat; omnes siquidem
justitia nostra parvo menstruato compa-
rantur. Si vero ad ejus benignitatem
ac pietatem ineffabilem respiciamus, nihil
in nobis est tam ^{modicum} ~~modicum~~ bonum, quod non
apud ipsum maximum et dignissimum
existimetur; hinc est quod Sponsa de
dilecti sui infinita bonitate confidens
aspicere audeat, viduum doctrina ac
predicationis suae dignum esse dilecto ad
potandum, hoc est, aptissimum ad eum
suaviter delectandum, quod eo securius
dicit, quò se eadem suaviter sentit per cha-
ritatem unitam, nam omnia nostra per
unionem cum Deo mediante charitate per-
ficiuntur. O felicem animam, ex cujus gut-
ture non solum flumina aquae viva hominè
recreantia, sed vina quoque generosa Regi saeculo-
rum gratissima profluunt. Quod uni, inquit,
ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; dum
enim quis zelo astuans sermonibus suis aut
exhortationibus proximos quosque amore di-
inflammat, hoc ipso vinum spirituale
Christo dignum, gratum, et jucundum ad
ruminandum, hoc est, ad sorbillandum, vel
degustandum propinat. Vide igitur anima
mea, ut zelo proximi ferveas, verbo Dei cum
pascas, ac monita salutis ei frequenter pra-
beas; hoc enim faciens non solum Spon-
so caelesti potum gratum, et jucundum sub-
ministras, sed etiam te reddis dignam, ut
ipse vicissim mentem tuam inebriet amo-
ris dulcedine, atque post hanc vitam in oce-
ano voluptatum se immergat.

Matth. 25

Considera 3. Quandoquidem tam benigna, et
tam profusa est Christi erga nos charitas, hinc
merito qualibet anima eo admitti debet, ut ad
tantam tam perfectam charitatem perveniat,

quatenus eum Sponsa dicere possit: ego dilecto meo et ad me conversio eius, hoc est, tota sum dilecti, quia et ille totus meus esse cupit. Ego meos oculos, mentem, actusq, omnes ad ipsum converto, omnes cogitationes et intentiones ad ipsum dirigo, ipsi uni placere contendo, illum unum specto; ipse enim solus mihi sufficit, et in ipso habeo omnia.

O beata ea anima, qua ita Christo se tota devovet, ut vicissim ipsum Christum sibi totum amore devinctum habere mereatur.

Christus enim, ut amorem amori rependat, se vicissim totum impendit amanti se, eam unam spectat, eius votis obsequitur, illamq, dulciter, et suaviter visitare ac inhabitare, seq, ei intime unire dignatur, ut ^{ipsa} merito dicere possit: tota Christi ego sum, quia et ipse Christus totus meus est.

O animam benedictam, qua non ad opes, aut ad delicias terrenas, aut ad saeculi vanitates, aut infanias falsas, sed solum ad Dominum Deum suum se convertit, eum unice requirit, desiderat, et suspirat; meretur enim, ut Deus vicissim se ad eam convertat, illamq, in se transformet, cum enim Deum in se possidet, plenum est eius desiderium, nec aliud exterius restat, quod desideret; siquidem nullum bonum supra id, quod est infinitum et immensum unquam reperiri potest.

ut perfecta sit eius satietas;

O anima mea cur iam non exclaimas cum S. Augustino: "quis mihi det, ut venias in cor meum Domine, et inebries illud, ut obliviscar mala mea, et unum bonum meum amplectar te Deus meus. fecisti enim nos Domine et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te."

in lib. solil.

Documenta

In gutture, inquit S. Gregorius, vox est. Per

11 guttur ergo ipsa prædicatio designatur, quæ
11 quasi vinum optimum esse dicitur; quia men-
11 tes hominum inebriat, ut præteritorum obli-
11 viscantur, et in anteriora currentes non
11 capiantur.

2.

11 Tale est sponse vinum, pergit idē S. Doctor,
11 ut dignum sit dilecto ad potandum, quia dum
11 sancta Ecclesia fidem veram prædicat, dum au-
11 ditores suos ad sancta opera excitat, dum so-
11 lum Christum diligere, imitari, amplecti, bo-
11 num esse, et verbis et operibus demonstrat, quid
11 aliud, quam vinum suum dignum facit, ut in
11 ore sponsi dulce sapiat? quod bene Christus
11 potare dicitur; quia à corpore suo, id est, à
11 populis fidelibus amabiliter potatur.

3.

Anima quæ se totam Christo devovet, qualis
est Religiosorū, verè dicit: Ego dilectomeo et
ad me conversio ejus, quasi diceret, ait S. Gre-
gorius: "quoniam fide ac dilectione soli Chris-
11 to adhæreo, solum sequor, solum cum Patre et
11 Spiritu S. unum Deum videre concupisco, res-
11 pectationis ejus suavitatem, visitationis benigni-
11 tatem, conversationis dulcedinem gaudenter ex-
11 periens proclamo: veni dilecte mi.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum,
commoremur in villis. Mane sur-
gamus ad vineas, videamus, si florue-
runt mala punica, c. 7. v. 11. et 12

Commentarius.

Veron. h.
et alii

Sponsa dilecto suo intimè unita, et ejus amo-
re inflammata, ei perpetuò adherere cupit, sed
quia advertit, quod humana consortia præsentiam
dilecti sui facile ei auferre possint; hinc ad
loca solitaria anhelans ait: veni dilecte mi,
egrediamur in agrum, id est, in solitudine, com-
moremur in villis, ~~nam~~ nampe, ~~ante~~ ruri extra
frequentiam ac turbam hominū sit nostra habi-

tatio. Mare Surgamus ad vineas, id est ma-
ture Surgamus ad facultates mentis virtuti-
bus excolendas. Videamus, si floruit vinea, id est,
si mens mea sit iam ornata virtutum flori-
bus. Si flores fructus pariunt, hoc est, si
sancta eius proposita ad effectum radigantur.
Si floruerunt mala punice punice, id est, si
in ea abundant bona operationes.

vid. supra
c. 2. v. 13.

Hugo Card.

Meditatio 80.

Considera a. quod anima pia, qua cupit dulci
presentia sponsi coelestis perfui, necesse ha-
beat ut quantum potest, fugiat hominum
consortia, atq; se recipiat in solitudine; ubi
sancta simplicitas reperitur, ubi opula exqui-
sitarum voluptates seculi ignorantur: ubi
ambitio honores venandi abest: ubi cau-
sarum forensium strepitus nullus; ubi
coelum latissime patet, ad mentem in divi-
nas contemplationes introducenda. Certe
anima sancta ac supernorum contemplatio-
nis avida villarum et ruris solitudinem
et amoenitatem toto animo semper requi-
sierunt. Noverant enim, quod solitudo sit
delictorum fuga, gratiarum nutrix, coeli ja-
nuas, orationis locus, compunctionis mater,
ac Deum ex homine efficiens, ut ait Gregorius
Nazianz. Hinc est, quod Christus, prius-
quam ascenderet in coelum, praeceperit Aposto-
lis, ut in coenaculo sese recluderent, atq; per-
severantes unanimiter in oratione expecta-
rent adventum spiritus S. O anima mea,
cupisne, ut gratia spiritus S. in te descendat,
qua te illuminet, inflamment, ac coelestibus
recreet consolationibus, dilige seorsum, ama
sola habitare tecum, atq; abiectis omnibus
saecularibus negotiis, cunctisq; valedicens crea-
turis, soli Deo intende. Cogita, quam ma-

Laur de vit.
Sol. c. j.

apolog.
orab. c. j.

qua sit dulcedo pacis interioris, quā afflicta
sollet anima, qua Deo in silentio et quie-
te servit, qua divinis insistit contempla-
tionibus, atq; cum Magdalena ad pedes Je-
su indefinenter sedet. Haec comeditans
sapius te recipe in solitudine, ut adhuc in
terra paradysum deliciarum invenire, ac
possidere possis.

Ad Sponsū coelestem

l. de grat. et
lib. arbit.

l. r. in e. 12. luc.

l. de nat.
et grat. c. 18

sol. c. 15

Considera 2. Cur Sponsa dicat: Surgamus,
et non furgam ad vineas coccolendas; ideo
nempe ut intelligeremus, nos in vanum labo-
rare, ubi adest auxiliatrix manus Dei. Co-
natus nostri cassi sunt, si non adjuventur,
Vlrig. Dona inquit S. Bernardus. Vlrig. Do-
mini virtus ait etiā S. Ambrosius, studiis
cooperatur humanis, ut nemo possit adificari
sine Domino, nemo custodire sine Domino ne-
mo quidquam incipere sine Domino. Sicut
enim oculus corporis, inquit S. Augustinus,
etiā plenissimè sanus, nisi candore lucis adiu-
tus, non potest carnere, sic homo etiā per-
fectissimè justificatus, nisi luce gratiae ad-
juvetur, non potest rectè vivere. Cogita-
"bam me esse prudentem, ait alibi idem S. Do-
"tor, et deceptus sum: & et video nunc, quia
"donum tuum est, sine quo nihil possumus
"facere; quia nisi tu Domine custodieris ci-
"vitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.
"Vidi, quod gloriari non valeat ante te omnis
"caro, nec justificetur omnis vivens, quonia
"si quid boni est, parvi et magni, donum tuum
"est, et nostrum non nisi malum. Vide ani-
"ma mea, quam tibi ^{sit} necessaria gratia divina
ad inchoandum bonum, ad proficiendum, et
ad perficiendum. Sed scito, quod si eam ac-
quirere, aut retinere desideres, necesse ha-
"beas, ut valde humiles spiritum tuum. In

Term. 49.

Solul. c. 15

11 veritate didici, ait S. Bernardus, nihilq;
 11 efficax esse ad gratiam promerendam,
 11 retineendam, et recuperandam, quam si
 11 omni tempore coram Deo inveniaris non
 11 altum sapere. Dic igitur cum S. Augus-
 11 tino in Spiritu humilitatis: "Domine con-
 11 fiteor, ut domisti me, nihil aliud sum,
 11 quam universa vanitas, umbra mortis,
 11 et abyssus quadam tenebrosa et terra inanis,
 11 et vacua; quae sine tua benedictione nihil
 11 germinat, fructum quoq; non facit, nisi con-
 11 fusionem, peccatum et mortem. Siquid boni
 11 unquam habui, à te recipi: quidquid boni
 11 habeo, tuum est, vel à te habeo.

Considera 3. Nihil Christum in nobis ma-
 gis desiderare, quam ut mens nostra flo-
 reat virtutibus ac bonis operibus, quorum
 abundantia ei non deerit, si flores fruc-
 tus pariant, id est, si bona proposita, quae
 ei inspirat Deus, suum effectum sortian-
 tur. Ex huius^{causa} defectu provenit, quod plu-
 rima anima, quae se deo specialius de-
 devoverunt, et quorum sancta vocatio ab
 eis profectum spirituales coigit, potius
 retrogradantur, et deficient in via Dei,
 quam proficiant, et ad perfectiora se suble-
 vent. Istis bene convenit illud Salomo-
 nis: pigeat vultus, et non vult. Tales enim
 volunt altius surgere, dum sibi bona pro-
 posita efformant, et nolunt, dum molestia
 aliqua pertasi, refugiunt, aut negligunt,
 ea exequi. In huiusmodi igitur homini-
 bus, qui ita abhorrent à labore, quem impen-
 dere debent, ut sancta proposita ad opus
 redigantur, impletur illud sapientis: In pi-
 gritis humiliabitur contignatio, et in infir-

prov. 13

mitate manuum perstillabit domus,
 namque, dum maxime eorum in bonis
 desideriis opere caequendis remissa
 est, fit ut perstilletur, inclinetur, ac
 tandem corruat domus mentis ipsorum.
 O anima fidelis, si tibi Deus sugge-
 rit bona desideria et proposita, noli
 piger aut negligens esse, in iis opere
 complendis; talis liquidam negligentia
 fieri nequit sine magno mentis tuae de-
 trimento; praecipua namque causa, cur
 sensim ac sensim in spiritu deficiamus,
 nec plura à Deo charismata recipiamus,
 ex eo profluit, quod sancta proposita,
 quae inspirante Deo concipimus, opere
 non perficiamus, nam dum in iis imple-
 dis desideres sumus, impostorum talia à
 Deo percipere non meremur. Esto itaque
 in huiusmodi sanctis inspirationibus exe-
 cutioni mandandis quam diligentissima
 et si qua occurrat difficultas, ^{scam} cum auxilio
 divinae gratiae, quam pro viribus implora-
 re debes, superare satage; noveris enim
 quod in homine non sit via eius, sed omnia
 potius ~~ex~~ à gratia Dei, quam ex propria
 sapientia, aut industria dependant.

Documenta

1. Symbolicè S. Gregorius per egressum Chris-
 ti in villas accipit egressum Christi à coelo in
 terras per incarnationem. "Ager, inquit testa-
 veritate. Matth. 13 "est hic mundus; in agrum
 " vero Sponsus cum sponsa agreditur, quando
 " verbum Dei carne susceptum in thalamo vir-
 " ginis mundo monstratur. In villis comoratur,
 " quando gentes visitat per fidem.

Anima, que divinarum rerum contem-
 plationi libenter incumbit, villarum
 et ruris solitudines delectatur. Chris-
 tumq; eo invitatur, ut mentem negotiis ac
 curis secularibus distractam circa cum
 recolligat, divinisq; eius amplexibus
 secretius jucundiusq; perfuatur. Sic
 S. Hieronymus, S. Basilius, aliiq; quam
 plurimi ruris ac nemorum solitudinem
 summè dilexerunt. ac vitam inter coe-
 lestium contemplationes transegerunt.

Philò vult, tunc flores vineas, quando
 ea odore sanctitatis vera fidei argumenta
 que sunt opera honesta, justa, ac sancta, præ-
 bent; quilibet enim fidelis, ex operibus jus-
 titiæ, qualis sit, agnoscitur; nam fides sine
 operibus mortua est sicut corpus sine ani-
 ma. Quicumq; igitur credere se dicit in deum,
 iuste agat, et sanctè vivat, ambulet ut sani-
 tus, vivat ut pius.

3

Florent vinea, juxta S. Gregorium, cum
 mentes fidelium bona opera proponunt,
 sed fructus non parviunt, si ab eo, quod
 proposuerint, aliquibus vici erroribus in-
 firmantur. Non ergo intuendum est, si vi-
 nea floreat, sed si flores ad partem fructu-
 am convalescant; quia mirum non est, si
 quis bona inchoat, sed valde mirabile est
 si intentione recta in bono opere perduret.

In Job. l. ix

4

Ibi dabo tibi ubera mea; Mandra-
 gora dederunt odorem. In portis nos-
 tris omnia poma et vetera dilecte,
 mi, servavi tibi. v. 12. et 13.

Commentarius

Sensus est: O dilecte Sponse: ibi nempe in

* Vatab. h.

* Tirin. h.

Tirin:

Solitudine * amorem meum in te profundam,
* et mandragoras apponam heruicarum vir-
tutum; haec enim iam dederunt odorem
suum, id est, fragrant famam et odore
~~bono~~ bono. Præterea in portis nostris om-
nia poma nova et vetera, dilecte mi, ser-
uari tibi, hoc est, in occultis cordis mei
omnia mea bona opera siue presentia si-
ue præterita uni et soli tibi integra, et
intacta seruari, atque in tui solius honorem,
cultum et gloriam offero.

Dicitur autem cor porta, quia ex eo tanquam
ex porta exeunt cogitationes, et, ut ait Chri-
stus: ex abundantia cordis os loquitur.
Dicitur etiam in portis nostris, et non meis
quia, ut ait Thomas Vercell. Abbas, sponsa
sibi nihil deputat proprium; tota quippe
ipsa dilecti est, et ipse dilectus totus ejus est,
adeo ut unus sit spiritus, unum cor, una mens.

Meditatio 81.

Considera d., quod in solitudine anima pia
divinis contemplationibus intenta amorem
suum in Deum profundere soleat; fieri enim
nequit, quin mens ita abstracta à consortio
hominum, et à negotiis huius sæculi atque va-
cua amore rerum terrenarum, repleatur cha-
ritate Dei; cum enim anima sine amore
opse nequeat, consequens est, quod, quamprimum
terrena fastidire incipit, necessario coe-
lestia requirat, atque spretis creaturis solum
Creatorem amet, sequi totam illi devoteat.
Et hoc est, quod Deus tantopere ab ea exi-
gat, dum ait: præbe mihi cor tuum; præbet
enim anima Deo cor suum, quando ejus amore
inardescens illi soli intendit, ad eum perpetuo
anhelat, illi intimè uniri desiderat, atque in
omnibus, qua cogitat, dicit, et operatur, so-
lius Dei gloriam spectat, ei que soli placere cu-

Sap. 7.

pit. Quando vero anima eo devenit, ut se totam servitio ac dilectioni Christi mancipet, ac totum cor suum ei consecret tunc vicissim Christus cor suum illi praebeat, eam osculatur osculo oris sui, eam lactat, et internam dulcedinem inebriat juxta illud Osca: eum lactabo eam, et loquar ad cor ejus. O felix commutatio; cor humanum, et egenum praebere, et pro eo accipere cor divinum, ac opulentissimum, in quo nempe sunt omnes thesauri gratiarum, et coelestium charismatum. O anima mea cogita quam magnum hoc sit cor divinum possidere, quam delectabile in illud introduci, quam suave liquore interna dulcedinis ab eo profluente lactari. Secede ergo, ut gustare possis, quam suavis sit Dominus, Secede, sed mente, sed devotione, sed spiritu.

Ose. 2.

An nescis, ait S. Bernardus, te verecundum habere sponsum, et qui nequaquam suam velit tibi indulgere praesentiam praesentibus ceteris. Ama itaque silentium, fuge turbam, et intra Deo ducente, solitudinem et in ea totum cor tuum Christo praebe: Totum, inquam, nam Deus non amat cor divisum; aut enim totum, aut nullum habere cupit; et tunc verba consolationis, et dulcedinis de ore ejus percipere merebaris.

Serm. 40 in Cant.

Considera 2. quam necesse sit, ut mandragora virtutum, quae in nobis sunt, dent odorem suum, quatenus homines videant opera nostra, et glorificent patrem, qui in caelis est, fortiterque exultentur, et accendantur, ut quod in nobis videtur sanctum et justum, illud imitari conentur; plus enim movent exempla quam verba. Hinc est, quod Christus, non solum in terra descenderit, ut nos sanguinis sui pretio redimeret, verum etiam ut nos exemplo suo in semita virtutum duceret, firmaretque. Alioquin quis

Matth. 9.

profunda
carum vi
t. odorem
et odore
nostris on
er mi, ser
ordis mai
refectis si
tegra et
us honoru

ex eo tang
ut ait Ch
quibus
A non mai
sponsa
quippe
is ejus est
ua mens.

anima pia
amorom
fieri ex
comortio
ahy ve
latur de
e amore
quam pri
sario coe
solum
novat.
b ce cui
; probat
ejus amor
m per pat
ahy in
eratur, de
placere u

unquam sanguinem suum inter equuleos, castas, flagella, et crudelissimas carnificinas prodigere voluisset, nisi Christum flagellatum, spinis coronatum, toto corpore cruentatum, ac ignominioso patibulo affixum intueretur. Et quis inimicos suos ex animo diligeret, nisi Christum pro inimicis suis ex nimio erga eos amore morientem videret. Exempla itaque virtutum, ac bonorum operum sunt eloquentissimi oratores, quae difficilem virtutis viam facilem reddunt, ac imprimis conversionem peccatorum operantur. In omnibus itaque, o anima fidelis te ipsam praebe exemplum bonorum

Tit. 2.

1. Tim. 4.

operum. Aliorumque exemplum esto in verbo, in conversatione; plures enim ad virtutem et ad justitiae semitam bonis exemplis ac vitae integritate provocare poteris, quam multi concionatores doctis verbis. Hoc autem faciens plurima accumulabis merita, quibus merces nimis magna tribuetur; sicut enim is, qui malo exemplo alterum scandalizaverit, meretur, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris, sic vice versa, qui alterum bono suo exemplo ad sui sequelam pertraxerit, dignum afficitur, ut in sublime attollatur, ac duplici corona decoretur.

Matth. 18.

Considera 3. "Sic opus esse in publicis, inquit S. Gregorius, quatenus intentio maneat in occulto, ut et de bono opere proximis praebeamus exemplum, et tamen per intentionem, qua Deo soli placere querimus, semper optemus secretum; hinc bene sponsa ait, in portis nostris, hoc est, interioribus meis omnes bonorum operum fructus integros, et intactos servavi tibi, et nunc in tui solius honorem, cultum, et gloriam offero, dedico, consecro. Quodquid pretiosum, jucundum et sua

9 occultis

ve per tuā gratiā in me est, appono tibi, ut
 tu inde epuleris, jucunderis, deliciaris, nihil
 mea voluptati; nihil mea gloria vel laudi,
 nihil meo commodo seruo. Absit à me, ut
 aliquid faciam, quatenus hominibus pla-
 ceam, sed solum, ut inveniam gratiā coram
 oculis tuis; et ideo tibi omnia servavi ad
 tui solius nutum et beneplacitum distri-
 buenda; quia tu solus es dilectus meus, et ti-
 bi mille titulis debeo omnia. O felix ani-
 ma, quæ tale instruit coelesti Sponso convi-
 vium, quæ purissimā intentione, atq; per-
 fectissima charitate apponit omnia sua uni
 Sponso. Talis et tu esto anima mea, si vis, ut
 Christus Sponsus tuus aliquando ad coeleste
 convivium te evocet, seq; ac omnia sua tibi com-
 munit. In omnibus igitur cogitationibus,
 verbis, et operibus cave tibi ab humanis lau-
 dibus, ne in futuro dicatur tibi: iam rece-
 pisti mercedem tuā, quin potius unice Dei vo-
 luntatem et gloriam specta, eiq; soli pla-
 cere satage, ut ab eo accipias coronā vitæ,
 quam repromisit diligentibus se.

Documenta

~~Anima Sapientia, postquam egregie in populo
 Deo laboravit, aut magna contentione ad-
 versus sua vitia labe tentationesq; defudit,
 tandem ad vitam quietam cum Sponso se reci-
 pit. Venit, inquit, egrediamur in agrum, ad
 quietem commoremur in villis, licet nempè
 vitam agere in otio spirituali, ubi tibi ex-
 hibebat summam amoris officia. Cupit itaq;
 anima Deo amantissima libera dimitti à
 caris extraneis, ut ad tranquillitatem contem-
 plationis pervenire possit.~~

Veron h.

fac intimi.

2.

Mandragora, inquit à Lapide, dat odorem, cum ani-
 ma prius torpida, tarda, et solo somnolenta per
 gratiam Dei evigilans, alacris, et fervida bonar
 virtutum famā ex operando exhalat; Unde S. Au-

2.

ait gustimus ait per mandragora odore representa-
ri bonam Sanctorum famam. Porro mandrago-
ra soporem inducit, cum anima terrenorum
oblita, eis quasi indormiens coelestia cogitat,
ac meditatur. Ita Theodoret.

3. Quid per mandragoras, herbam scilicet me-
dicinalem, et odoriferam, inquit S. Gregorius,
nisi virtus perfectorum intelligitur, per
quam nempe perfecti quique dum imperfec-
torum infirmitatibus medentur, in fide, qua
predicant, id est, in portis Ecclesiae veri me-
dici esse comprobantur. Qui dum exempla
bonorum operum circumquaque, per Sanctam
famam tribuunt, quasi odorem, quo aegroti
sanantur, aspergunt.

3.
inquit Veronius. Poma nova et vetera denotant omnes virtu-
tis actiones tam primi temporis, quo ad amandum
Deum se quisque dedit, quam posterioris aetatis.
omnes itaque fructus istos tanquam dona tua
tibi dediavi, et servavi; ait sponsa ad sponsu-
m. cur id? quia tu dilectus es meus, cuius ego
soto animo gloriam quero, cui opto omne bo-
num. Anima enim, quae Christum intime dili-
git, vivere nequit, si quid videt illi derogari,
quanto minus ipse de eius gloria quidquam
immuet.

Cantici cap. 8.

Quis mihi det te fratrem meum su-
gentem ubera matris meae ut inveniam
te foris, et osculer te et iam
nemo me despiciat, v. 2.

Commentarius in

Pergit sponsa suum amantem in sponsum
panderet, ea apulo enim aggressi, inquit Tiri-
nus, sic increverat amor sponsae, ut quasi Man-
dragora philtro extra se rapta, optet conti-
nuum deinceps sponsi consortium et osculum,
unde ait: quis mihi det, ut te fratrem meum

Tirin. h.
+ amorem